CASSIODORUS
Zwettl 4. Viertel 12. Jh.
Seite 193r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31639
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

nomine patris ⁊ filii ⁊ spi sci. Sequitur. Quis
deus magnus sicut deus nr. Iam quasi ex
ultans inspiritu sancto letus exultat. potentiam
domini uniuersis preferens simulacra. que
falsa persuasione in terra colebantur. Iua e
nim erant uilissima infirma despicienda.
deus noster magnus. fortis. ⁊ terribilis. omnia
fatentur que cumq; uult in celo ⁊ in terra. Ergo
hic uers contra uiros increpando dicit.
qui adhuc superstitionum errore cecabant
ut infelices agnoscant quem refugiant
quosq; sequuntur. Hoc schema dicitur syndi
asmos. qd latine interpretatur collatio siue con
iunctio. fit autem ex comparatione contrariorum. quando aut persone aut cause. siue
in contrario. siue insimul comparantur.
Tues deus qui facis mirabilia solus. nota
fecisti in populis uirtutem tuam. Cum dicit
tues deus. essentiam diuine maiestatis ostendit. sic ipse dicit. Ego sum qui sum. ⁊ Esse enim
ipsi proprie conuenit. qui ut sit. nullius
adiutorio continetur. sed naturae suae po
tentia semper magnus semper excelsus. semper
incommutabilis perseuerat. Quapropter ipse e
qui facit mirabilia solus. Iam licet haec a
sanctis eius facere saepe praestiterit. solus ta
men e qui mirabiles operationes ad effectum
suae uoluntatis adducit. Si audeamus quae
dixerit solus. cum a filio ⁊ spi sancto coo
perentur in omnibus. Solus dixit quia tri
tatem scam unum dominum unum deum
ueraciter ⁊ fitemur. sic ipse dix. Audi isra
hel. dominus deus tuus. dominus unus e.
Sequitur. Notam fecisti in populis uirtu
tem tuam. id e cum in hunc mundum mi
sit dominum saluatorem. qui sic dicit apo
stolus. di uirtus e. et di sapientia. Hoc tum
enim fecit. quando eum ⁊ illi notum ha
buerunt. qui facientem sciebant. et illi altius
contemplati sunt. qui eum patris filium fi
deliter crediderunt. Hoc quo factus est po
pulis infidelibus solum capere fidelibus autem
et diuinitate sic euangelio dicit. Beati mundo
corde. quoniam ipsi deum uidebunt. Liberasti
in brachio tuo populum tuum. filios israhel
et ioseph. Sensum excolit superiorem. Dicit
enim quod praestiterit humano generi pa
na clementia. quo in brachio suo id e indo
mino saluatore liberauit populum suum
sic legitur. Et brachium domini cui reue
latum e. Et ne haberes ambiguum. quem
populum liberauit. sequitur. filios israhel ⁊
ioseph. Populum sepe diximus intellectu
pluralem numerum omnere. quamuis sin
gularis platus ee uideatur. Quapropter filios
israhel iudaicam plebem bem quae tamen
credidit. debemus accipere. ioseph alteram quae
uenit ex gentibus. Sed siue quae credidit
ex iudeis. siue quae de gentium uocatione
collecta e. unus di populus e. quamuis re
pore credulitatis suae duplus ee uideatur.
sic euangelio dicit. Sunt autem oues quae
non sunt ex hoc ouili. oportet me eas adduce
re. ut sit unus grex. et unus pastor. Nam
nomine ioseph. gentium fidem ninguem
merit aduertimus. quia iste ioseph quam
uis filius fuerit iacob. qui primo uocatus e
israel tamen quia traditus e aegyptiis. et
peuenit ad gentes. ubi honorabilis habebatur
et potens. ita ut eius arbitrio egyptiorum
terra regeretur. rationabiliter eius noie
gentes indicantur quae domino saluatori
deuota mente crediderunt. Nam et ipsum no
men ioseph indicat crescens. qd gentibus
euenient aptatur. ex quibus xpi ecclia
semper augetur. Ergo sensus iste e quia et